

DISSERTATIO IV.

DE CARITATE.

PRÆLOQUIUM.

Ultimum inter virtutes theologicæ locum caritas occupat, quia illarum finis est, & meta. Hæc est virtutum omnium regina: hæc est omnium meritorum principium, & forma: hæc est legis, & præceptorum observantia: consortium aliarum virtutum non modo non excludit, sed fovet, & splendidas constituit, valorem, & pretiositatem conferens eisdem. Hæc est filiorum Dei nuptialis, ac fulgentissima vestis, sine vestem exuat servorum? vestem, inquam, servilis timoris, qui mancipiorum proprius est. Hæc denique vestis multitudinem operit peccatorum: non agit perperam, non irritatur: non malum pro bono, sed bonum pro malo pendit: omnia suffert, omnia sustinet. De hoc ego caelesti ac divino dono verba hæc in Dissertatione facturus sum. Verum qui fieri potest ut caelestis illius amoris prærogativas explicem, si cor aridum, frigidumque reperitur; cum ex abundantia cordis os loqui, & calamus scribere debeat? Preces ergo Deo fundendæ sunt, ut scintillam quamprimam divini ignis in lampade cordis dignetur ob suam infinitam bonitatem accendere. Quod si præstiterit, scriptio nostra utilis, proficua, & pretiosior auro erit, & argento. Inutiles quæstiones quæ cor non calefaciunt, sed mentem inutiliter torquent, missas faciet; eaque tantum argumenta tractabit quæ veram, & sanctam divini amoris artem edocent. Tu te ergo, benevole Lector, compara ad caritatis lectionem ea animi humilitate, eoque proficiendi desiderio quo caritatis fructus deglutare valeas. Unum te admonere interest, me nempe in plurium censuras incursum fore, quod proflixius quam iuniores soleant, sim de caritate disputaturus. Opponent, me concionatoris stilo uti, & nimio verborum, figurarum, & exhortationum apparatu folia implere. At censuras litas nihil moror, ipsolque censors miror, veluti christianæ Theologiæ tradende veram methodum ignorantes. Morum ethica non modo mentem illuminare, sed voluntatem perdomare, & appetitiones subigere debet. Ideo is prædixit instructa sit necesse est quæ huic fini assequendo contentanea sunt. Novi dumtaxat Casuiste sterilem, spinosamque; veteres Patres omnes secundam, ornatum, & ad ciendos voluntatis affectus aptissimam Theologiam nobis reliquerunt. Ad rem.

CAPUT I.

Census propositionum quæ præceptum caritatis theologicæ labefactant, quasque Pontifices summi proscribere.

Nullum, ut mea præfert opinio, vinculum plurium Casuillarum ingenium ad laxitatem, legisque divinæ iugum, quoad fieri potuit, excutiendum proclive, quam illud quod ab illorum propositionibus adversus caritatis mandatum evulgatis accessit. Quis non dicam Theologorum, sed vel effera-rum gentium, sibi adducere in animum potuisset unquam, futuram fuisse ut Doctores reperirentur qui docere publice ausi fuissent, amandum totius vite curriculum non esse Deum

illum quem universi conditorem, generis humani, propriæ humanæ assumptæ vitæ dicens, redemptorem, omnipotentem conservatorem, infinitum benefactorem confitebantur? Quæ gens tam inculta, tam barbara fuit unquam quæ Deum crederet, adoraret, unaque amandum aut nunquam, aut semel in vita, aut singulis tantum quinquenniis assereret? E tamen quæ in viris ipsis silvestribus monstra ferent, in viris non modo catholicis, sed catholicorum Doctoresibus, litteris excoltis, ac eruditione claris, spectare cogimur. Istorum, inquam, Doctorem non pauci eo prolapsi sunt laxitatis, ut voce docuerint, scriptique ad perpetuam posterorum memoriam, ne dicam in Christianorum decessu, consignarint, fideles ad peccularem dilectionis actum per se, & absolute non esse

esse obligatos. Cuius invehendæ laxitatis capaces illi non sunt qui familia eudæ portenta non reformidant? Verum iam mihi videre te video, christiane Lector, in memetipsum iam exandescere, quasi aut invidiam proximo meo consem, incredibilia eidem asfingam paradoxa. Lex christiana, inquis, lex amoris est, illius plenitudo dilectio: primam, ac maximum eisdem mandatum, quod basis, ac fundamentum cæterorum dicitur, amor est. Quid quod non alium in finem factus est homo, nisi ut Dei amore flagret, Deum omnium virtutum cultu adoret? quippe beatitudo cordis amor est. Hæc sunt primæ catholice professionis notiones. Cuiam itaque venire in mentem potest, & catholice legis Theologos eo utique ausu suos efferre, ut mandatum hoc propriæ institutionis primum, & apertissimum vanis distinctiunculis extenuare, & in nihilum fere redigere non pudeat? Quoniam hæc tibi incredibilia videntur, & reapse sunt, collegas hinc magnopere velim, quantum Theologis istis fidendum sit, quantum eorum defendendum auctoritati, & quanta vigilantia ab eorum opinionationibus, ac probabilissimi legem laxantis lenociniis cavere debeas. Si enim meridiana caritatis lucis tenebras offundere perentur, si legem adeo manifestam, perpicuam, suavem, de medio tollere conati sunt; quæ caligine non involvet, quibus larvis non obtegret, quibus futeis, & technis non obducent leges illas quæ tantam non preferunt claritatem?

Quibus commentis, fucisque non eludent quæ ab aliis Decalogi præceptis iubentur, si ipsum Decalogi fundamentum ab imis suffodiunt? Ne porro ulla iubeat mentem tuam dubitatio, a me quidquam per exaggerationem dictum esse, proscriptas a summis Pontificibus propositiones primum, deinde libros unde deceptæ fuere, indicabo. Damnatarum propositionum alie indolem, naturamque caritatis impertunt, ut sunt illæ Michaelis Baii; alie præcepti observantiam, & necessitatem adoriuntur, ut sunt eæ quas recentiores evulgant Casuiste.

II. Sanctus Pius V. anno 1567. novem supra septuaginta propositiones proscriptit, quarum sequentes caritatis theologicæ adversantur.

1. Caritas perfecta, & sincera, quæ est ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, tam in catechumenis, quam in penitentibus potest esse sine remissione peccatorum.

2. Caritas illa quæ est plenitudo legis, non est semper coniuncta cum remissione peccatorum.

33. Catechumenus iuste, recte, & sancte vivit, & mandata Dei observat, ac legem implet per caritatem, etiam obtinens remissionem peccatorum, quæ in baptisimi lavacro deum percipitur.

34. Distinctio illa dilectionis amoris, naturalis videlicet, quæ Deus amatur ut auctor nature, & gratiæ, quæ Deus amatur ut benefactor, vana est, & commentitia, & ad illudandum sacris Litteris, & plurimis veterum testimonis excogitata.

38. Omnis amor creature rationalis, aut vitiosa est cupiditas, quæ mundus diligit, quæ a Ioanne prohibetur; aut laudabilis illa caritas, quæ per Spiritum sanctum in corde diffusa, Deus amatur.

16. Non est vera legis obedientia quæ sit sine caritate.

22. Absoluta est eorum sententia qui dicunt hominem ab initio dono quodam supernaturali, & gratuito supra conditionem nature sue suscipere exaltatum, ut fide, spe, & caritate Deum supernaturaliter coleret.

70. Homo existens in peccato mortali, sive in reatu eterne damnationis, potest habere veram caritatem; & caritas etiam perfecta potest consistere cum reatu eterne damnationis.

III. Alexander VII. quinque super quadraginta propositiones proscriptit, quarum prima eiuusmodi est: Homo nullo unquam vite sua tempore tenetur dicere alicui fidei, spei, & caritatis ex sui præceptorum divorum ad eas virtutes pertinentium.

IV. Innocentius XI. ex sexaginta propositionibus quas proscriptit, tres ad hanc materiam spectantes damnavit, suntque sequentes.

5. An peccet mortaliter qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita egerit, condemnare non audeamus.

6. Probabile est ne singulis quidem rigorose quinquennis per se obligare præceptum caritatis erga Deum.

7. Tunc solum obligat quando tenetur iustificari, & non habemus etiam viam quæ iustificari possimus.

V. Alexander VIII. anno 1690. unam supra triginta damnavit propositiones, quarum sunt inter alias sequentes in ordine.

9. Revera peccat qui odio habet peccatorem ob eius turpitudinem, & disconvenientiam cum natura, sine ullo ad Deum offensum respectu.

10. Intentio qua quis detestatur malum, & prosequitur bonum, mere ut calescentem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens.

11. Omne quod non est ex fide christiana super-

Supernaturali quae per dilectionem operatur, peccatum est.

13. Quisquis etiam aeternae mercedis intuitu Deo famulari, caritate se caruerit, vitio non caret, quovis licet intuitu beatitudinis operatur.

16. Aritio quae gehenna, & paenitentiam motu concipitur sine dilectione benevolentiae Dei propter se, non est bonus motus supernaturalis.

CAPUT II.

Inventarium propositionum quae nimium laxae videntur, quasque nonnulli recentes Casuista docuerunt.

I. Propositiones quas Pontifices summi Alexander VII. & Innocentius XI. damnarunt, e libris recentium quorundam Theologorum decerpae fuerunt. Id palam fiet ex propositionibus quas hic fideliter transcribit ex Auctoribus quos allegabimus, non illis invidiam conflandi (quod Deus avertat) sed letores imbuendi causa. Hoc quique sibi periculum habebit, quoties in mentem sibi induxerit, praefatas propositiones, vel eidem simillimas, in illis reperiri Theologis quorum doctrina adhiberi a Confessoribus passim solet in animarum regimine. Sed hanc designandi libros ex quibus decerpae propositiones sunt, necessitatem alias sulsus expositi. Iuvat tamen eam ad propulstrandam invidiam frequentate repetere, atque in oculis, memoriamque concitare.

II. P. Thomas Tamburinus Lib. II. in Decal. cap. 1. num. 9. de fide scribens, doctrinam praemittit, quae omnium trium theologiarum virtutum praeccepta in nihilum redigit. Puto (inquit) per se, directe nunquam obligari fideles ad credenda praedicta mysteria nec implicite ex vi necessitatis praeccepti fidei. . . . Ratio prioris dicti est, quia, ut diximus. . . . nunquam praecceptum aliquod obligat, nisi sit determinatum. Cum enim non possit nisi ut determinatum exire in executionem, non censetur praecceptum esse completum.

Num. 10. ultra progreditur ad destruendum speciale praecceptum caritatis. Confirmatur primo nostra sententia ex Azorio, qui docet caritatis praecceptum tunc solum obligare, quando tenetur iustificari, & non habemus aliam viam qua iustificari possimus: quia hoc praecceptum non videtur obligare, nisi ut medium iustificationis, vel ut dispositio ad illam. Haec ex illo. Ex quibus colligo similiter dici posse de actu fidei, & consequenter de actu spei; ut cum de spe infra cap. 11. §. 1. & cum de

caritate agam, huc me remittens rursus inueniam infra cap. 11. §. 2. num. 2.

III. Videndum nunc est quid de caritatis praeccepto scribat loco que citato. Refert num. 1. varia Doctorum placita his verbis. Laborant Doctores in assignando tempore quo debet fidelis ex obligatione actum positivum amoris elicere circa Deum; variae tempora, ut varia sunt ingenia hominum, assignant. Primum tempus quod aliqui assignant, est initium usus rationis. Secundum finis vite. Tertium tota vita indeterminate sumpta, ut saltem semel in ea ametur Deus. Quartum omnes dies festivi in quibus debemus Deo specialiter vacare. Quintum tempus quo adultus suscipit baptismum. Sextum tempus quo quis suscipit eucharistiam. Septimum, quando forte sumitur martyrium. Octavum, quando a Deo magnum accipit beneficium. Nonum, quando audis aliquem contra Deum blasphemantem. Decimum, quando gravi iurgis tentatione, praesertim odii Dei, cum periculo consensus, nisi ad Deum per amorem te convertas.

2. Misi placet doctrina Azorii, qui docet, hoc praecceptum caritatis impositum fuisse ob iustificationem impij: solum igitur tunc obligare, quando impius, quia sacramentum penitentiae non est in promptu, non habet aliam viam qua se iustificet, nisi eliciat actum contritionis, quae semper, aliquo tandem modo, actum amoris Dei super omnia dilecti involvit. Consequenter igitur, & indirecte, ratione sua iustificationis, ad actum caritatis fideles obligantur. Vide supra cap. 1. §. 1. n. 50. ubi idem loquendi modus mihi placuit de praeccepto actus fidei, & spei: nam per ibidem dicta & confirmantur haec Azorii doctrina, & impugnari poterunt tempora modo assignata num. precedente.

3. Confirmatur: quia licet communis sententia doceat, dari praecceptum speciale de amando Deo in illis verbis: Diliges Dominum Deum tuum, & alibi: tamen non ignobiles Doctores docent, hoc praecceptum non esse speciale & speciali tempore implendum, sed generale imbutum in omnibus praecceptis; sicut secundum praecceptum de dilectione proximi non est speciale, sed in Decalogi praecceptis contentum: & speciali tempore implendum: In his duobus praecceptis, id est dilectione Dei, & proximi, universalis lex pendet, & Propheta: & qui habet praeccepta mea, & servat ea, ille est qui diligit me: & plenitudo legis dilectio. Si enim qui servat praeccepta, diligit, quique diligit, servat; iam unum ex his continetur in alio,

alio, & consequenter praecceptum caritatis indirecte solum, & ratione alterius obligabit.

4. Probabilis ergo, & iustissima sententia est illorum qui negant, fideles initio suas rationis: sic Caspr. cum Azor. Val. Sanchez. Suarez. Covinch. ab eod. cit. & sine vita; sic idem ibi num. 9. cum Azor. & Sanchez. ab eodem cit. obligari ad se convertendos ad Deum, illum amando: ponere enim huiusmodi obligationem, quae certo solido fundamento non innititur, nihil aliud est, nisi scrupulos excutere, non quidem inobediens, quia hi ad eam obligationem nitens advertunt, sed doctioribus etc.

IV. Haec, licet paullatim proluxiora, transcribere placuit, tum ut doctrina Tamburini plene hoc de argumento constaret, a qua caveat sibi letores possint, tum ut palam fieret sinceritas P. Dominici Viva, qui in sua Tractata theologica frequenter aliorum opiniones non ad pondus Sanctuaril, sed ad libram ingenii sui trahunt. Quin eo progreditur, ut inignitoribus Doctoribus imponat, quo locos suos a praecriptis propositionibus alienos representent. In commentariis quibus Praepositionis 1. Alexandri VII. quae tria theologiarum virtutum praeccepta de medio auferit, distinguit duplicem obligationem fidei, five caritatis: alteram per se, alteram per accidens. Dein subdit: Hanc secundam obligationem ex vi aliorum praecceptorum nemo unum negavit. De prima dubitarunt nonnulli apud Tamburinum Lib. II. de praeccept. Decal. cap. 11. Anno Sanctus, Serra, Bannez illam negare ausi sunt.

V. Non ut Theologos proprii instituti defendam, vel ut propriae factioni indulgeam, sed ut veritati sit locus, atque lectores admoneam, sepulchre in memoriam revocem, parum fidei adhibendum esse quibusdam Casuistis, impoluntur quam P. Dominicus Viva impingit P. Dominico Bannez, palam facere constituit. Sed priusquam de Bannez dissero, unam, & alterum verbum de Thoma Tamburino praemittam oportet. Tamburinus auctor, & approbator est propositionis damnatae, quae speciale praecceptum caritatis, & fidei destruit. Haec propositio patet ex textibus eiusdem Tamburini a nobis transscriptis. Quod etiam ut evidenter pateat, aliam eiusdem Tamburini periodum exscribere iuvat. Itaque cit. Lib. II. cap. 1. v. 1. n. 2. autem sententiam suam promat, quae constituit theologiarum virtutum praeccepta nullam per se obligationem imponere, tellatur, nullos haec tunc obvis habuissent. Doctores qui hoc de argumento libi satisfecerint. Idcirco tri-

bunal ipse erigit, sententiamque dicit, quam tamen ipsum Ecclesia iudicio supponit. En illius verba: Sane nondum obvia habui Doctores qui id explicando mihi satisfecerint. Unde de omnibus praepensis, succedendo tamen, ut hoc, ita & alia omnia mea S. R. E. iudicio, puto per se, & directe nunquam obligari fideles ad credendum etc. Aliqui ne apud Tamburinum de hac obligatione dubitarent? Non ille ipse de medio eam tulit? At nunc, quod perdocti focii sui errata occultare studuerit? Immo fraternus quicquid laudandus amor. Non modo domesticorum, sed extraneorum etiam errores obdrenci sunt; dummodo perniciosis aliis non fiat. Doctrina Tamburini, ut ego quidem arbitror, & mihi seculare arbitrarior videor, est ipsissima quae continetur in quatuor propositionibus damnatis quas cap. praeced. dedimus. Admonendus ergo lector fuisse, in Tamburino ipso reperiri doctrinam praecriptam. Quod tamen non ideo hic assero, ut Patri Viva omnis impotam manifestanda omnes damnatarum propositionum Auctores. Nimium hoc in medium foret. At cum Tamburinum in medium afferat, licet, cumque, ubi argumentum dixerit, laudet, dum dicit nonnullos apud ipsum auduisse, nihilque de Tamburini sententia hilicet, lector ex lectione R. Viva colligit, alienam a praefata doctrina Tamburinum esse; immo, si minus peritus fuit, doctrinam Tamburini, ut innocuum, eprobabit. Verum ut ut de hoc fit, dandum quidpiam est affectui ergo socium Scriptorem. Ad nullam meretur veniam, quod notam praecriptae doctrine dudum Theologos non inferioris libelli, nempe Magistro Bannez, & Magistro Serra Ordinis Praedicatorum impingat, non utcumque, sed acri, & improprietari phraasi. Immo Serra, Bannez illam negare ausi sunt. Non ergo dubitarent, non obscure, non trepido animo, sed fronte aperta Doctores istiusmodi negare ausi sunt speciale caritatis praecceptum, quod per se ad actum obliget. Quid, si nihil de hoc scriberent? Quid, si ambigue loquerentur? Quid, si conceptis verbis oppositam docerent? P. Dominicus Bannez 2. 2. g. xlv. art. 1. lato calamo explicat speciale praecceptum caritatis obligationem. Tertia conclusio. Praecceptum dilectionis Dei supernaturalis speciale praecceptum est, & maximum, & primum, mandatum. Probatur conclusio. Et primo quidem quod sit speciale praecceptum, ostenditur ex eo quod caritatis est specialis virtus, cuius actus necessarius est ad salutem: ergo de illo actu est speciale

ciate preceptum. Plura alia in confirmationem huius veritatis adducit que nunc pretereo. Resolvit omnia que opponi solent argumenta: tempus quo obligatio urget, indicat, opinionemque illam confutat que in articulo tantum mortis hanc vigere obligationem docet, eamque ridiculam vocat his verbis: *Alii dicunt, quod preceptum dilectionis tantum obligat, quando homo est in periculo, & in articulo mortis. Sed hanc sententia ridicula est. Quoniam lex divine amicitia, que etiam ordinatur ad meritum vite eterne, non solum debet obligare in extremo vite. Dicendum ergo, sicut supra diximus de fidei, & spei preceptis, difficile esse punctualiter definire omnia tempora, & singula, quibus huiusmodi precepta obligent. Porro explicans precepta fidei, & spei precessus tempora obligationis designat. Scribit ergo qu. xxii. art. 1. dicit. 2. concl. 1. hominem pervenientem ad iudicium rationis actus theologiarum virtutum elicere debere. Quod si quis obicit, inquit, ex hac sententia sequi quod quando homo tenetur se in Deum convertere, si id non fecerit, peccat triplex peccatum, primum contra fidem, secundum contra spem, tertium contra caritatem: respondetur: Concedo sequelam: quia omnes illos actus tenetur habere ex preceptis specialibus fidei, spei, & caritatis. Sit secunda conclusio. Non est facile definire tempus certum, & determinatum, postquam homo iam est conversus in Deum, quando obliget speciale preceptum. Ratio est, quia etiam est difficile determinatum tempus designare pro quo obligat preceptum credendi, vel diligendi ex caritate ipsum Deum... Sit ultima conclusio. Qui aliquoties in anno exercet actum spei (ideam dic de fide, & caritate) tutus esse potest de adimplatione precepti huius, dummodo non desperet aliquando. Postremo concludit laudata q. xlv. art. 1. ad 3. Tandem dico, quod forsatis nobis ignoratibus aliquando est omisso huius precepti: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: sicut etiam solet esse omisso precepti orandi Deum: & propterea oportet dicere semper: Ab occultis meis munda me Domine.*

VI. Audacie ne Patri Bannez vertet P. Viva, quod cum Regio Vate paveat, trematque, dum facilitatem recordatur violandi mandatum divini amoris? *Aufus ne est Bannez negare specialem divini mandati obligationem, dum adeo eam inculcat, ut afferat, nobis etiam ignorantibus, omniti illius obligationem?*

VII. Videamus, nun saltem P. Magister

Marcus Serra ausus sit negare speciale preceptum pro se obligans ad actum amoris. Hec ille docet 2. 2. qu. xlv. art. 1. *Quidam, quos suppresso nomine hic referunt nonnulli D. Thomas interpretes, dixerunt, precepta dilectionis Dei, & proximi non esse specialia, nec ab aliis preceptis distincta. Sed horum sententiam impiam, & errorem maximum esse, afferunt predicti recentiores... Contra predictam sententiam est etiam communis omnium Theologorum consensus, sed presertim D. Thomas hic ad 1. Si quis, quando hoc preceptum caritatis obliget, respondetur, certum esse, non solum obligare semel in vita, aut tantum in articulo mortis. Hoc enim falsum esse ac ridiculum, ostendit Magister. Soto ubi supra... Unde hoc certum est, preceptum caritatis obligare ut pluries in decursu vite actum dilectionis Dei, & proximi elicit homo. Hincne ausus negans peculiarem celestis dilectionis obligationem? Si semel P. Viva impoluitur scriptoribus, postillimum Dominicanis; ostantique, vel memoria lapsi ascribendum fuisse, silentioque litandum. At cum similem illi notam frequenter impingat, ut contabiat ex illius operis decursu, in quo, ubi de propositionibus prescriptis termo erit, Trutina P. Viva ad pondus Sanctuarii revocabitur; idcirco aequitas postulat ut eisdem pro viribus vindicemus. Ad Sancium quod attinet, fateor hunc Calaisiam, sicuti ceteras laxissimas opiniones, ita & hanc amplecti: & pro eadem citat Valquez, Suarez, Molinam: quod verum ne, an falsum sit, penes ipsum esto. Illud solummodo addo pro summam impossitum, atque impudentiam disp. 1. n. 21. ipsum D. Thomam laudare pro hac sua sententia, quam Serra, & Lorca 2. 2. qu. xlv. art. 3. disp. lxxi. impiam, temerariam, erroneamque iure ac merito appellat. Oppositam, veranique sententiam docere D. Thomam infra palam faciam.*

VIII. P. Patritius Sporerius tract. 11. in 1. precept. Decal. cap. v. sect. 1. n. 31. in P. Tamburini, & Auctorum quos Tamburinus allegat, opinionem de more transcribit, ac falsus eam explicat, & quatenus fieri potest, propugnat. Probabilis mihi (inquit) hactenus semper vita fuit sententia, preceptum illud nunquam obligare, per se, quod ad actum explicitum amoris Dei super omnia; sed et plene satisfieri per voluntariam observantiam preceptorum, & exclusionem omnis peccati propter Deum, uti docent multi, & graves Doctores apud Tamburinum. Ratio est, quia ex una

par-

parte volens propter Deum observare omnia precepta eius, & pro nulla re ipsum peccando offendere, vere diligit Deum iuper omnia, saltem implicite, & virtualiter, & ex toto corde negative... Ex altera autem parte non est altruenda obligatio aliorum precepti, & quidem gravis sub mortali, abique certo fundamento. Nullum autem certum, & urgens adferri potest fundamentum, quod preceptum dilectionis obliget aliquando pro se ad actum formalem, & explicitum amoris Dei, ut patebit expendendo fundamenta communiter allata. Unum, & preceptum fundamentum est ipsum magnum mandatum, & preceptum affirmativum caritatis: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: quod sane debet obligare aliquando ad actum suum proprium, ne frustra sit. Agnoscimus, & veneramus divinissimum mandatum, eiusque exercitium, & frequentissimum nobis in omnibus optatum. Nulla tamen ratio, vel auctoritas convincit illud esse preceptum speciale, & specialiter aliquo tempore per se obligatorie implendum. Quin cum D. D. relatis probabilissime dici possit, esse preceptum generale imbibitum in omnibus preceptis, ut proinde illi abunde satisfiat actibus amoris Dei implicitis, contentis in observazione voluntaria preceptorum propter Deum, ut dictum est.

2. Eadem profus ratione etiam alterum preceptum caritatis, Diliges proximum tuum sicut te ipsum, non est speciale, specialiter aliquo tempore per se obligatorie implendum per aliquem actum internum elicium amoris erga proximum (quando enim hoc?) sed est preceptum generale imbibitum in omnibus preceptis Dei erga proximum: eique abundanter satisfiat, dum quis vult servare precepta Dei erga proximum, & data occasione de facto servat abstinendo ab omni odio, offensa, & iniuria, & dum opus est, exhibendo opera externa caritatis...

3. Aliud novum urgentius fundamentum exhibet propositio omnino prima inter prohibitas, ac damnatas sub Alexandro VII. anno 1665, ita sonans: *Homo nullo unquam vite sua tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & caritatis ex vi preceptorum divinarum ad eas virtutes pertinentium.* Sic propositio damnata. Verum nulla hic expressa fit mentio de actu formali explicito amoris Dei super omnia; & omnino sufficere videtur, preceptum caritatis saepe obligare per se, saltem quatenus est negativum, ut in

casibus supra positis, *estis nunquam obligati ut affirmativum...* Ergo minus damnata centri debet nostra sententia.

4. Sed ecce novissimum anno 1679. fundamentum urgentius, minus iudicio, potuit Innocentius XI. Inter complures propositiones damnatas, tamquam scandalositas, & in praxi perniciosas etiam has tres ordine reponit, *An peccet mortaliter qui actum &c.* Hic ergo de victimis manus ob reverentiam, & obedientiam sacris Sedis apostolicis.

IX. Hactenus P. Sporer. Duo in hoc Auctore, alioquin pio & docto, animadvertentio digna occurrunt. Primum est illius propositio in opinionibus laxas. Quid, quæro, sub lenocinantis benignitatis suo non deliniet qui tamquam probabiliem, securamque regulam constituit, Catholicum fieri posse vulgum, qui toto vite vite curat Deum redemptorem, glorificatorem, patremque suum peculiari amoris actu prosequatur? Alteram quod hæc opinio, vel ethice ipsi, barbarice horrida, probabilis vita illi fuerit, postquam summus Pontifex Alexander VII. prescriptis recentiam propositionem, quam eludit hoc inanissimum, ac prolixum chimerico commento, quod in damnata propositione nulla fatentio de actu formali explicito amoris Dei, satique fit servare preceptum, quatenus est negativum, *estis nunquam obligati, ut est affirmativum.* Quid non potest impotens opinandi licentia, & inverterata laxanda legis cupiditas, aut a teneris unguiculis haurit eam lacte anticipationes? Quis unquam Christianorum negavit necessitatem amoris impliciti? Quis Casuistarum docuit, preceptum caritatis, etiam ut negativum, implendum non esse? An ne Theologi illi qui propositionem ab Alexandro summo Pontifice prescriptam evulgant, negabant amorem virtualem, aut precepti necessitatem in eventu penitentiae peragenda? Quod in propositione damnata amoris non fiat formalis, & expliciti recordatio; ideo incolumis, & facta testis consistit lentia que negat preceptum caritatis ut affirmans obligare ad actum amoris? Quis unquam hicere ausus fuerit, si dixerimus, Casuistarum plures subtilissimas distinctiones frequenter elevare sacrorum legum auctoritatem? Si dixerimus, tantum apud ipsos vales quaedam hæcitaras distinctiones quibus propria factionis systemata tueri solent, ut vel evidentiissime demonstrationes ad illorum mentem languescant, atque hebecant? Quoniam quid eventurus, quid clarior tum in

ve-

veteri, tum potissimum in novo federe præcipitur, quam amor Dei, & proximi? Et tamen amor illius necessitate aperte negant citati *juniores nostri*? Quid quod non solum in concipit Scripturarum, non solum post D. Pauli anathema, *Qui non amat Dominum IESUM Christum, anathema sit*; sed etiam post summi Pontificis Alexandri, quem divina legis interpretem, suæque voluntatis Vicarium constituit Deus, manifestam explicationem, unius distinctiuncule circumscriptione amoris impliciti, & expliciti, erroneam pronuntiant opinionem? Ut loco quoquomodo tandem dimoverentur, necesse fuit ut alter summus Pontifex Innocentius XI. anathemata conduplicata lacularetur in spectram illius distinctionis amoris impliciti & expliciti, seu in illud *PER SE. Probabile est non singulis quodam quinquagesimo PER SE obligare præceptum caritatis erga Deum*. Tantum auctoritatis, tot oracula, & anathemata necessaria fuisse ad subvertendum Caluistiarum mentem, eorumque cohibendos calamos. *Hic ego* (inquit Speriens) *de victis manus ob reverentiam, & obedientiam S. Sedis apostolicæ. Ceterum nisi suprema potestas manus devinciret, mens contenderet, calamus scriberet, & manus adhuc fringeret probabilitatis scutum in oppugnationem amoris expliciti, & per se. Vitiis mihi verterent adversarii, quod scripserim, Casuistarum plures fustissimis distinctiunculis frequenter elevare sacrarum legum auctoritatem? Si dixerimus tantum apud ipsos valere quasdam blivicas distinctiones. Sed debuissent, iuxta æquitatis leges, patefacere laxas opiniones quæ ad sic scribendum coegerunt. Primum & gravissimum caritatis præceptum ad de medio ferre tollitur, aut nimium extenuatur, & nos flere debemus? Se amare perhibent adversarii opiniones quas hic confutavi, dum confutationem meam vellicant, & torquent. An non sunt distinctiuncule fustissimæ, & blivicæ, quas recentius?*

X. Ultimam quod notandum in Auctore isto venit, est quod, tamen post damnatas propositiones ab Innocentio XI. sequenti §. 4. defendat necessitatem amoris formalis Dei; non propterea argumenta quæ §. antecedenti adduxerat in favorem præscriptæ propositionis, resolvit, sed illa intacta relinquit. Accedit quod conceptis verbis relictæ specialis præceptum amoris erga proximum, definitque, solum esse præceptum generale in aliis virtualiter contentum, & nullum internum amoris actum præcipere. Quin exclamans scribit: *Quando enim hoc?* Porro hanc illi opi-

nionem expresse non retrahavit; nec in sequenti paragrapho illius mentionem fecit. Et, quod admirationem maximam ingerit, quid in causa fuit ut post oracula pontificia in medium afferret, exaltaretque probabilitatem præscriptæ doctrinæ, carnisque argumētis muniret, & veræ sententiæ rationes resolveret? Quorum labores constatque isti? Dispicet postremum ultima conclusio laudati paragraphi quarti sub num. 36. posita, quæ est eulmodi: *Valde probabile, & modo... omnino certum est, præceptum caritatis, & amoris Dei super omnia etiam alias obligare in tempore, saltem aliquando in vita*. Lam num. 37. indicaverat damnatam propositionem quæ ultra quinquennium extendebat necessitatem amoris, atque adeo debitum repetendum actum intra quinquennium. Deinceps ultima conclusione decretorie resolvit, amandum esse Deum saltem aliquando in vita? Cur aliquando in vita, si sepius in seculum amandum est Deus, & saltem ut minimum singulis annis?

XI. Caltrapalus tract. vi. disp. 1. punct. 4. n. 9. Quinto asseruit, alii, instante periculo mortis, etiam si peccati mortalis conscientis non sint, immo etiam si illius conscientis sacramentaliter conscientis, se obligatum esse Deum super omnia diligere... Favore, hanc obligationem esse satis probabilem, & in praxi semper consulendam; at non est omnino certa, si peccati mortalis conscientis non est: nam illam veterum Azor. Sanchez. Per caritatem, inquit Angelicus, assequimur ultimum finem, Deoque coniungimur. Instante separationis momento ab hoc mundo, & conjunctionis cum Deo, non iubemur actum elicere amoris, qui medium est quo reapie Deo copulemur?

XII. Idem loc. cit. num. 9. *Septimo alii dicunt obligare hoc præceptum, primo, cum martyrium est subeundum, vel aliud egregium, difficileque opus aggrediendum: quia expedit tunc firmare animam Dei obligatio. Sed ego convenientiam agnoscam, obligationem improbo.* Christianus ergo, tyranno mortem minante, ac morte ipsa imminente, actum caritatis qua & Deum, & tyrannum amet, atque seipsum confirmet roboreque ad subeundum agonem, immanaque supplicium, edere non astringitur? Conveniens id erit; necessarium non erit?

XIII. Idem loc. cit. num. 10. *Hæc ergo obligatione existimo quemlibet adultum teneri non singulis annis, ut placuit Petro de Lesma, quia hoc est nimis durum, & nullo firmo fundamento nititur; sed aliquoties in*

ita... Reputarem autem dilationem trium annorum esse gravem. Nimis durum est suavis amicitie amplexibus singulis annis Deum parentem, provisorium, conservatorem, redemptorem, benefactorem nostrum amare? Beatitudine cordis amor est. Durum ergo beatitudine gaudere!

CAPUT III.

Caritatis theologice notio, & obiectum.

I. A Ntequam theologice caritatis notionem prodo, variam huius nominis caritatis acceptionem præmittam fas est. Caritatis idem est ac amor. Amor generatim acceptus est motus voluntatis in bonum. Triplicem distinguere amorem Theologi solent, *concupiscentiæ, benevolentis, amicitie*. Primo nobis bonum quoddam congruum optamus. Secundo bonum proximo facimus, aut desideramus. Tertio mutuo amamur. Illius amoris amicitie tres veluti species assignat D. Thomas 2. 2. *quest. xxiii. art. 5.* nempe utilis, delectabilis, & honesti. Amicitia utilis illorum est qui ob utilitatem se diligunt. Altera est eorum qui ob voluptatem quam ex amore capiunt, se diligunt. Tertia eorum est qui amicis bona volunt ipsorum amicum causa. Hæc tertia vera amicitia est, duæ priores similitudinem, & quidem languidam, amicitie præferunt: quippe non amant aliquem per se, sed secundum quod utilitatem, aut commoditatem adfert. Amicitia porro definitur hoc pacto: *Est mutua benevolentia in quadam communicatione consistens.* Eam Philo sophus vocat Lib. VIII. *Ethic. cap. 11. benevolentiam mutuam non latentem.* Prærogative, seu conditiones ad veram amicitiam requisite, sunt sequentes. Prima, ut amor sit non concupiscentis, quo, ut dictum est, aliquis amatur propter nostrum commodum; sed amor benevolentis, quo alteri bonum volumus. Altera, ut sit mutuos amor, quia amicus amico amicus est. Quare si quis non redamatur ab eo quem amat, amans, non amicus dicitur. Hinc D. Thomas ait, quod Deus amicus peccatorum dicitur, quatenus amans, secus ut amatur. Tertia, ut amor ille super aliqua communicatione bonorum honesta fundetur. Ad hæc addi conditiones solent: nempe quod mutuos amor non lateat, quod sit animorum unitas, feceruntque communicatio, & quod alteri voluntatem faciat. At hæc omnia sub tribus assignatis proprietatibus continentur.

Conc. Theol. Tom. I.

II. Amor benevolentis erga Deum alius est habitualis, alius actualis. Item alius naturalis, quo Deus ut Auctor nature diligitur: alius supernaturalis, quo gratiæ, & gloriæ auctor amatur. Quæ distinctio & rationi, & Scripturarum consonat auctoritati. Quippe tum ratio, tum Scriptura nobis mirabile mundi huius ædificium ob oculos præsentant, ut ex illius intimitate ad amorem divini artificis, qui tam varia, & exquisita cuiusque generis bona nobis contulit, excitent. Bona vero gratiæ, & gloriæ sidus divina nobis manifestat, auribusque meditata inculcat, ut divinum largiorem amore prosequamur. Iure ergo, & merito præscripta est propositio Michaelis Bati, quæ est ordine 34. *Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur ut auctor nature, & gratiæ, quo Deus amatur ut benefactor, vera est, & commentitia, & ad illudandum sacris litteris, & plurimis veterum æstimatoris exogitata.* Denique amor Dei alius est affectivus, qui animam afficit, & in corde dulciter fervet, atque delicias suas ibidem effundit: alius est effectivus, qui foras erumpit, & bona operatur. Hic etiam efficax appellari solet, ut distinguatur, ab amore inefficaci qui languidum desiderium, & vellicat simplex nuncupari solet. Alius dicitur remissus, alius intensus. Denique alius appetitativus, qui præfert Deum omnibus creaturis; alius intensivus, qui iuxta plures iniores non solum Deum super omnia amat, verum etiam quamdam sensibilem tenerritudinem, fervoremque inducit in animam.

III. Ultimo tandem notandum est, tria hæc vocabula amorem, dilectionem, & caritatem ita distingui, seu conditiones ad veram amicitiam requisite, sunt sequentes. Prima, ut amor sit non concupiscentis, quo, ut dictum est, aliquis amatur propter nostrum commodum; sed amor benevolentis, quo alteri bonum volumus. Altera, ut sit mutuos amor, quia amicus amico amicus est. Quare si quis non redamatur ab eo quem amat, amans, non amicus dicitur. Hinc D. Thomas ait, quod Deus amicus peccatorum dicitur, quatenus amans, secus ut amatur. Tertia, ut amor ille super aliqua communicatione bonorum honesta fundetur. Ad hæc addi conditiones solent: nempe quod mutuos amor non lateat, quod sit animorum unitas, feceruntque communicatio, & quod alteri voluntatem faciat. At hæc omnia sub tribus assignatis proprietatibus continentur.

IV. Notio caritatis theologice pro habitu accepta hæc est: *Virtus est divinitus infusa, qua Deus propter se, & proximus propter Deum*

CAPUT V.

De precepto caritatis. Recentiorum opiniones.
Vera sententia exponitur.

nis, & bonorum operum recipientis. Quoniam hic est divinæ providentiæ fixus ordo, ut vi gratiæ a Deo nobis omnino gratis communicati apti efficiamur ad ampliora recipienda caritativam dona, velique Deus operum nostram attollere, atque locum parentemque nobis in tam sublimi negotio impertire. Omnia tamen a sua infinita proficiuntur bonitate, profuuntque a fonte passionis Domini nostri Iesu Christi, qui meritorum suorum intantum omnia nobis communicat. Hoc in sensu illud intelligitur: *Dedit unicuique secundum propriam virtutem: Matth. xvii. secundum propriam virtutem gratia saltem, secus secundum virtutem naturalem.*

IV. Quarta caritatis prerogativa est valor quem ceteris operibus tribuit. Habent utique ceteræ virtutes ex proprio obiecto suam honestatem, bonitatemque; verum, ut vitæ æternæ corona redimita appareant, sigillo caritatis distinctæ sint oportet. Nisi sigillum istud in fronte illarum splendeat, custos ianuaræ regni caelorum nequaquam earum titulo animas ad Sponsi amplexum admittit, neque ad convivium divinum, donec vellem hanc fulgentissimam induerint. Innumera alia sunt caritatis privilegia, quæ modo describere non vacat. Illius extensio ad omnes creaturas, ordine servato, non infimum locum tenet. De hoc ordine iam supra indicatum est, & in præsentia id solum addam quod Augustinus scribit Lib. I. de Doctr. Christi. cap. xxviii. *Omnes autem homines æque diligendi sunt. Sed cum omnibus prodesse non possis, potissimum consulendum est, qui pro locorum, & temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus constituisti tibi, quasi quadam forte, iunguntur. Sicut enim si tibi abundaret aliquid quod dari oporteret, si qui non haberet, nec duobus dari posses, si tibi occurrerent duo, quorum neuter alium vel indigentia, vel erga te aliqua necessitudine superaret, nihil iustus faceret, quam ut forte eligeres qui dandum esset quod dari utrique non posset: sic in hominibus quibus omnibus consulere nequeas, pro forte habendum est, prout quisque tibi temporaliter colligatus est, ad horere poterit. Ex hac Augustini doctrina palam est ordinem celestem caritatis, ordinem quodammodo imitari ipsius nature in bonorum communicatione. Nam sicut natura primum in propinquiores, dein in remotiores sua effundit bona; sic caritas primum Deum, qui ceteris omnibus nobis interior est, cum in ipso vivamus, & simul; deinde nos ipsos, & postea proximam secundum æquam distributionem respicit.*

I. Natura clamat, effectorem nostrum diligendum esse, Scripturæ inclamant, remuneratorem, glorificatorem, atque redemptorem nostrum dignum esse ut toto corde, totique viribus a nobis diligatur. Amor iste principium est, & finis religionis christianæ. Amor generis humani oculis in terram Deum devocavit; & ut celestem amoris istius flammam in nos accenderet, hac indutus mortali carne passus, & mortuus est, & resurrexit. Qui ergo amorem hunc hominis erga Deum negat, uno istu totam simul evertit religionem nostram. Nemo unquam Christianorum, nedum Theologorum, preceptum amandi Deum negavit, cum nihil frequentius Scripturæ inclulent quam maximum primoque mandatum istud. Quid ergo in controverfiam Theologi vocant?

II. Recentiorum quorundam Theologorum placitum fuit, divinum hoc mandatum non præcipere actum formalem, explicitumque amoris, sed dumtaxat præceptum divini legis observationem. Docuerunt, fideles hoc maximum potissimumque mandatum implere, si cetera divina legis præcepta servaverint. Hinc distinxerunt obligationem per se, & obligationem per accidens. Obligare divinum hoc mandatum per accidens, quando medium reputatur necessarium ad alia innumera præcepta, omnes fatentur Catholici. Totæ ergo controversia in hoc sita est, obliget ne hoc præceptum per se ad actum explicitum amoris caritatis quæ Deum supra omnia diligimus.

III. Tres, ut prenotavi, hæc de re propositiones anathemate confixit Innocentius XI. nempe 5. *An peccet mortaliter qui actum dilectionis Dei senel tantum in vita eliceret, condemnans non audemus.* 6. *Probabile est ne singulis quidem rigore quinquagennis posse obligari præceptum caritatis erga Deum.* 7. *Tunc solum obligat, quando tenemur iustificari, & non habemus aliam viam qua iustificari possimus.* Hanc septimam propositionem docuisse Azoriorum Tom. I. Lib. IX. cap. iv. videtur istis manifestum: & concedit ipse Cardenas dissent. vi. cap. 1. num. 5. saltem si sola spectetur editio anni 1600. cui desunt nonnulla verba, quæ in posteriori editione questionis vi. de fide cap. viii. Lib. VIII. inserta sunt, ut ille contendit. Ut ut sit de illius

notæ-

mente in questione citata de fide, loco laudato de caritate, ubi ex professo rem discutit, conceptis verbis docet, caritatis præceptum tunc dumtaxat urgere, cum fuerit ad poenitentiam peragendam necessarium. Nihil tamen in ceteris suis sententiis ob hanc opinionem auctoritatis amittere debet Azorius, Doctor inter morum Theologos, mea doctrinæ ut plurimum strenuus assertor, quando Probabilissimi nobis non officit.

IV. Quid posteriores Theologi nonnulli, Tamburinus, Sancius, Sporerius, docuerint, supra indicatum est. Pansis in præsentiarum perstringere lubet peculiariter P. Antonii Sirmondi hoc de argumento sententiam. Librum hic evulgavit, quem inscripsit *Defensionem virtutis, ubi tract. 11. sect. 1. cap. 11. proponit questionis difficultatem his verbis: An mortali peccato præceptum illud violaret qui nullum unquam divini amoris actum eliceret? Sanctus Thomas 2. 2. quæst. xlv. art. 6. videtur id negare, idque demum ad vitandam demeritationem exigere, ne quid contra sacram dilectionem agamus. Si hoc, quemadmodum quidem videtur, est S. Thomæ doctrina, eius auctoritate fretus, libenter dixerim, nihil præse aliud a nobis exigere quam ut ipsi in aliis mandatis pareamus. Et paulo post: Itaque vide bonitatem Dei. Non tam præcipit amorem sui quam odium vetat: sine formale, & actuale, quod non humanum, sed diabolicum est; sine materiale, quod in mandatum transgressione positum est. Ne esquisitum divini bonitatis elogium! Amor cordis vitæ, & beatitudinis cordis est. Hanc felicitatem, hanc beatitudinem si præcipiet felicitatem, ingum aditum, tetricum, levemente præcipiet bonitas, ut non tam amorem iubet, quam odium veretur. Hæc ultima divina bonitatis meta Sirmondo videtur. Nos vero immensam Dei bonitatem, ob id potissimum extollendam dicimus, quod iuavissimum amicitie sedus nobiscum inierit, quod ad mutuos sui amoris amplexum inierit, quod aureis præcepti vinculis secum nos coniunxit, quod hanc celestem coniunctionem, sanctissime animarum nostrarum cum seipso coniunxerit firmaverit. Verum Sirmondus præceptum istud vigoris appellat. Duo distinguit præcepta; alterum rigoris, alterum clementiæ: duos amores; alterum effectus, alterum officii. Qui, quantum potest, præcipit, ac nullum apponit parvam, solum gerem; huius man-*

datum totum mellem est. Adde minas; iam sit rigoris mandatum. Non ergo mellem, sed amarum illud est: Qui non diligit manet in morte. Qui non diligit Dominum Iesum Christum, anathema sit.

V. Hæc Sirmondi doctrina multos experta est adversarios, quibus ille alium libellum opposuit, quem ita inscripsit, *Responsio ad libellum famulosum, ubi pag. 7. adversarium ipsum inposhorem appellat, quod scripsit, Sirmondum negasse, divinum præceptum amorem præcipere sub damnationis æternæ pena. Calumnias.* (inquit Sirmondus.) *Non hæc doctrina mea, sed sancti Thomæ, cuius eam nomine protuli. . . . Queritur inter nos, an præter legis mandata sub pena peccati mortalis, duo alia de diligendo Deo, & proximo implere tenemur? Dixit S. Thomæ videri sensisse ista mandata novam obligationem non inducere: dixeram me primum in eam sententiam esse, si ita esset: tunc multa in ea probabiliter apparebant. Sed facta me hoc affirmate dixisse. Quid tum? Si nihil tibi vicio vertis affirmare divini amoris obligationem nullam allerere; quid ergo tergiversaris? Quid S. Thomæ errorem affingis, quem nunquam somniavit? Sed clarior est apud sententiam quæ expositionem audiamus. Multum refert (subdit) bene intelligi, quid distet ea opinio quam mihi tribuisti, ab illa quam certum in Ecclesia putas. Dicit in tua sententia Deus: Ama me, alioquin in æternum te perdam, etsi timore, aut alio laudabili sine ita coram me humilis fueris, ut nunquam transgressione ullus præcipi, accepta in baptismo gratia spoliari merearis &c. . . . In mea autem sententia, si hoc tueri velim, hoc dicit Deus: ama me, hoc iubet: non tam districte tamen, ut si nihil adversus debitum mihi tot virtutis amorem facias, æternis te suppliciiis velim addicere. Denique, ut Scripturarum aperitissima oracula eludat, constituit præcepta amoris divini toties in Scripturis repetita amorem imperare habitalem, secus actuale.*

VI. Hæc referre volui, non ut Sirmondo notam aliquam impingerem, sed tantum ut D. Thomam a calumnia liberarem. Sirmondi sententia aperitissime mihi falsa est. Nullum quippe præceptum in lege est cuius gratia transgressio peccati æternæ non addicat transgressionem. Cum ergo Sirmondus admittat divini amoris præceptum, ut illud vanis distinctumculis de modio tollere nitatur, satis mirari non sinit. Distinctionem amoris affectivi, & effectivi in erroneum sensum

detorquet. Amorem quippe effectivum in exteriori mandatorum observantia constituit sine interiori affectu; quod nemo Theologorum interiori. Siquidem tam amor affectivus, quam effectivus, pondus, seu actus voluntatis sunt, hoc loco dilectione, quod affectivus intrinsecus voluntatis fuit recessus, affectivus consilia illa interiora prætergreditur, forsaque erumpit, atque operum securitate oculis observari manifestus. Sed tempus iam est ut pauca in D. Thomæ defensionem dicam, non quod hac ille egeat, sed potius ut palam fiat, quantum per inultitiam, ne plus dicam, erroneam opinionem tanto Doctori aspererit Sirmondus.

VII. D. Thomas pluribus in locis maximum divini amoris præceptum exponit, traditque peculiare voluntatis actus iubere 2. 2. quæst. xlv. art. 1. ad 1. Modus dilectionis non cadit sub illis præceptis quæ dantur de aliis actibus virtutum. cadit tamen actus dilectionis sub præceptis specialibus. Item 1. 2. quæst. c. art. 10. Actus caritatis dupliciter considerari potest. Uno modo secundum quod est quidam actus per se; & hoc modo cadit sub præcepto legis, quod de hoc specialiter datur, scilicet Diliges Dominum Deum tuum, & diliges proximum tuum, & quantum ad hoc primi veniunt de veritate, modum scilicet caritatis esse sub præcepto. Alio modo potest considerari actus caritatis, secundum quod est motus actuum utriusque virtutum ordinatur ad caritatem quæ est præcepti sui, ut dicitur 1. ad Timotheum vi. . . . & hoc modo est virtus quod secundum dicitur, quod motus caritatis non cadit sub præcepto hoc est dictum, quod in hoc præcepto; Honoræ patrem, non includitur quod honoretur pater ex caritate, sed solum quod honoratur pater: unde qui honorat patrem, licet non habeat caritatem, non efficitur transgressor huius præcepti, est sicut transgressor præcepti quod est de actu caritatis; propter quam transgressionem meretur poenam. Clarius, & elegantius remittit Angelicus nequeverat commentum Sirmondi. Attamen, ne illis elabendi loco relinquatur, unum & alterum rectum adducere lubet, ut effugiam Sirmondi, quo obligationem præcepti inficit ad amorem habituales, secus ad actuales, precludatur. 2. 2. quæst. xlv. art. 2. ad 1. Præcepta autem dantur de actibus virtutum: Et ideo oportuit esse plura præcepta caritatis. Item art. 4. in corp. Cum præcepta dantur de actibus virtutum, hoc modo aliquis illius ra-

dit sub præcepto, secundum quod est actus virtutis. Omittit innumera alia loca, tum propter brevitatem, tum quod res suapte natura peripicua sit. Præcepta enim a legislatore nunquam conduntur eo fine, ut nihil oneris subditis imponant: otiosa enim esset, & inania, si nihil agendum præciperent. Nihil amplius in defensionem S. Thomæ, & in confutationem Sirmondi addicimus. Peripicuum siquidem est, divinum mandatum non modo exteriori affectum, sed interiori quoque affectum, actualesque, & non tantum habituales, amorem præcipere.

VIII. Quæ Sirmondus ex D. Thomæ obicit, paucis perstringemus. Primus textus quem opponit, habetur 2. 2. quæst. xlv. art. 4. ad 4. ubi scribit, quod dupliciter contingit ex toto corde Deum diligere. Uno quidem modo in actu, idest ut totum cor hominis semper actualiter in Deum feratur; & ista est perfectio patrie. Alio modo, ut habitus inter totum cor hominis in Deum feratur; ita scilicet quod nihil contra Dei dilectionem cor hominis recipiat; & hoc est perfectio vie, cui non contrariatur peccatum veniale, quia non tollit habitum caritatis, cum non tendat in oppositum obiectum, sed solum impedit caritatis usum. Quibus in votis est veritatem caligine involvere, verba ex Autoribus decerpant que suum facere illis sint apta, qui Auctores in forma, ut dicitur, non legunt.

D. Thomas in laudata questione tribus articulis ostendit actum caritatis cadere sub præcepto. Art. 4. non de actu, sed de modo actus sermonem habet: quærit quippe, convenienter ne præcipitur amor Dei toto corde; decernitque congruum fuisse ut designaretur quidam totalitas. . . . circa præceptum de dilectione Dei: duplicemque distinguit totalitatem: alteram patrie, quæ semper actuali amari ardet alteram vie, quæ ob mortalis vitæ imperfectionem perenni flamma splendescere nequit, seu amare continentur, & actu Deum nequit. Ideo hæc totalitas habituales vocatur, seu propostam quoddam, animique promptitudo nihil in cor recipiendi quod Dei opponatur dilectioni. Non multa: D. Thomas non duplicem hic amorem explicat, sed duplicem totalitatis modum: quorum unus patrie proprius est; alter vie. Quod ex art. 6. ad 2. obtrudit Sirmondus, nos cogit ut maiorem illi optemus sinceritatem. Querit in hoc articulo Angelicus, possitne divinum mandatum in via impleri. Respondet, perfecte impleri in patria, imperfecte tantum in via. Ad secundum ar-

gumentum respondet: Qui in via hoc præceptum non implet, nihil contra doctrinam dilectionem agens, non peccat mortaliter. De his qui venialiter quandoque peccant, sermo hic est, ut ex ipso argumento constat. Quare si ex his que extrinsecus apparent, iudicium ferendum esset, immunis a fraude, aut similia obstantia non evaderet Sirmondus similia obstruens. Non maiorem vim habent que hic Auctor opponit ex epistola xlv. cap. v. ubi Angelicus docet, omnia opera nostra in Deum actu, vel habitu referenda esse, quod omnes docemus. Neque illa disjunctione significatur actum amoris non præcipi: sed modus amoris, quo opera nostra in Deum dirigimus, indicatur, ut supra dictum est. Quod tamen, ut antea quæque cavillandi tollatur, dum cum D. Thomæ dicimus, præcepto scilicet caritatis non devotio esse ad omnia in Deum referenda actu, vel habitu, sentius haud est quod alterum semper sufficiat, sed quandoque uterque præceptum ut omnia actu in Deum referamus, quandoque satis est animi preparatio, & promptitudo, qua voluntas in habitu constituta est, seu in actu virtuali, quo parata est omnia in Deum referre. Præceptum quippe omnia in Deum referendi affirmans est, quod non pro semper obligat ad actum, neque solum ad habitum, ut optime explicat pluribus in locis Angelicus. Lege quæst. disputæ de carit. art. xi. ubi explicat verba Apostoli, Sive manducatis, sive bibitis, omnino in gloriam Dei facite: decernitque in eisdem præceptum contineri. Porro subdit: Præceptum legis sanæ de actibus virtutum. Habitus autem non cadit sub præcepto. Non ergo PRÆCEPTUM Apostoli intelligitur de habituali resolutione nostrorum actuum in Deum, sed de actuali.

IX. Vera iam Catholicorum exponenda sententia est. Actus interior caritatis adultis necessarius est, necesse tamen non modo, tum præceptum. Quoniam omnibus adultis beatitudo æterna conferenda est, non modo ut hereditas, sed rependenda etiam est ut merx debita illorum bonis operibus. Opera autem nostra, nisi sequantur in præstium habeant caritatis, valorem nullum habent, quo æterna merx acquiratur: quoniam inquit Apostolus 1. Cor. xiii. Si habuerim omnium scientiam, & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas; & si reddidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habuerim, nihil mihi prodest: ubi de actu, non de habitu, sermo est. Habitus necessarius est

pueris cum solo baptisate decedentibus, quibus beatitas æterna, ut hereditas debita illis regentibus, respondet. Adultis vero necessarius actus est, quo Deum diligant reapse, sibi que applicant merita Iesu Christi, acquirantque, ut victores Iesu, coronam suæ victoriæ parant.

X. Necessitas præcepti adeo frequens in Scripturis est, ut nihil occurrat magis inculcatum; quod præceptum speciale est, & peculiariter interiori actum amoris iubens, secus generale includum in aliis mandatis. Ex multis Scripturarum textibus pauci transcribimus. Deuter. vii. ver. 4. & seq. Anus d. Israel: Dominus Deus noster Dominus unus est. Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex toto fortitudine tua. Erantque verba hæc que ego præcepit tibi hæc, in corde tuo; & narrabis ea filiis tuis; & meditaberis ea sedulo in domo tua; & ambulans in itinere, dormiens, atque confurgens; & ligabis ea quasi signum in manu tua; erantque, & morebuntur inter oculos tuos: scribique ea in limine; & assis domus tue. Quatuor Evangelistæ concordi voce hoc præceptum tamquam primum, & maximum mandatum prædicant. Mattheus cap. xxi. Magister quod est mandatum maximum in lege? Air illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum, & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet, & Propheta. D. Ioannes cap. xiv. ver. 15. Si diligitis me, mandata mea servate: ver. 23. Si quis diligit me, serventem meum servabit: ver. 24. Qui non diligit me, sermones meos non servat: ver. 21. Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est qui diligit me: qui autem diligit me, diligit etiam Patrem meum: & ego diligam eum, & manserabo ei in seipsum. Plures alios textus transmittimus, solumque addo illum Apostoli Pauli 1. ad Cor. xvi. ver. 22. Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sicut anathema, Maranatha.

XI. D. Thomas 2. 2. quæst. xlv. pluribus articulis explicat hoc primum, & maximum mandatum quo actus supernaturalis dilectionis nobis præcipitur. Pluribus momentis evincit Angelicus hoc speciale præceptum. Caritas virtus specialis est. Præcepta autem dantur de actibus virtutum. Quæ ergo ratio virtus caritatis

peculiaris est, eadem præceptum imperans illius actus speciale est. Accedit quod id cadit sub præceptum peculiare quod habet rationem debiti: actus autem caritatis habet rationem debiti: nam sine tali actu non possumus Deo uniri, quod est finis vite spiritualis. Est autem (inquit Angelicus artic. 1.) aliquid debitum dupliciter: uno modo PER SE: alio modo propter aliud. Per se quidem debitum est in unoquoque negotio id quod est finis: quia habet rationem per se. Propter aliud autem est debitum id quod ordinatur ad finem. . . . Finis autem spiritualis vite est ut homo uniatu Deo, quod fit per caritatem; & ad hoc ordinatur sicut ad finem omnia que pertinent ad spiritualium vitam. . . . In quolibet autem genere id quod est per se, potius est eo quod est propter aliud: & ideo maximum præceptum est de caritate. Plura alia afferre tum ex eodem articulo, tum ex sequentibus possem; sed nolo in re perspicua diutius immorari.

XII. Nonnulla ex aliis Patribus qui non tam præcepti peculiaris necessitatem (hanc enim certam manifestamque supponunt) quam perenne amoris illius exercitium fua dent, delibabimus. Augustinus Lib. I. de Doctrina Christiana. capit. xxxi. Hec enim regula dilectionis divinitus constituta est. Diliges, inquit, proximum tuum sicut te ipsum; Deum vero ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, ut omnes cogitationes tuas, & omnem vitam tuam, & omnem intellectum in illum confestas a quo habes ipsa que confers. Cum autem ait, Toto corde, tota anima, tota mente, nullam vitam nostræ partem reliquit que vacare debeat, & quasi locum dare, ut alia re velit frui; sed quæquid aliud diligendum venit in animam, illic rapiatur quo totus dilectionis impetus currit. Quisquis ergo recte proximum diligit, hoc cum eo debet agere, ut etiam ipse toto corde, tota anima, tota mente diligit Deum. Si enim eum diligit tantquam seipsum, totam dilectionem sui, & illius refert in illam dilectionem Dei, qui nullam a se irrationem duci extra patitur, cuius derivatione minuitur.

XIII. Rufinus hoc mandatum explicat Lib. I. de moribus Eccl. cap. xi. Si igitur diligatur Deum omnia procedunt in bonum; & summum bonum, quod est etiam optimum dicitur, non modo diligendum esse NEMO AMBIGIT, sed ita diligendum ut nihil amplius diligere debeamus; itaque significatur, & ex-

primitur quod dictum est: Ex tota anima, & ex toto corde, & ex tota mente: quis, quæso, dubitaverit, his omnibus constitutis, & summissis creditis, nihil nobis aliud esse optimum, ad quod admissendum, postpositis ceteris, festinare oporteat, quam Deum? Item si nulla res ab eius caritate non separatur, quid esse non solum debitum, sed etiam certum hoc bono potest? Sed singula breviter attendamus. Nemo nos inde separat mirando motum: id ipsum enim quod diligimus Deum, mori non potest, nisi dum non diligit Deum, quod nihil est aliud quam ei quidquam in diligendo, atque sequendo præponere. Nemo inde separat pollicendo vitam: nemo enim ab ipso fonte separat, pollicendo aquam &c. Persequitur suo calamo textum Apolloli explicare.

XIV D. Bernardus mellifluis eloquio meliorem hoc mandatum explicat pluribus in locis. Sed primum omnium adducendus est textus quem opponit P. Antonius Simonius, quo evincere contendit, D. Bernardum docere Dei mandatum iubere amorem effectivum, scilicet amorem affectivum. Est caritas (inquit D. Bernard. ser. i. in Cant.) in actu: & est in affectu: & de illa quidem que operis est, puto datam esse legem hominibus, mandatumque formatum. Nam in affectu quis ita habet ut mandatur. Ergo illa mandatur ad meritum, ista ad premium. Hic est textus quem Simonius obtrudit, ut suum commentum aliquo fuce deliniet. Nihil quippe in Patribus adeo perspicuum, exploratumque est quod non possit in pravum sensum ulumque inflecti. Sed Bernardum seipsum interpretatorem andiamus. Sic enim ibidem perierat. Non dico in suis affectione finis, & solum moveamus manum ad opera: legi inter alia, que scribit Apostolus, magna, & gratia hominum mala, hoc quoque ammiratum, scilicet sine affectione. Sed est affectio quam caro gignit, & est quam ratio regit, & est quam condit sapientia. Prima est quam Apostolus dicit legi Dei non esse subiectam, nec esse posse. Secunda quam perhibet e regione legi Dei consentientem, quam bona est. Longe vero tertia ad utraque, que suscipit, & sapit quantum suavit est Dominus, primam eliminans, secundam remanens. Nam prima quidem dulcis, sed turpis: secunda sicca, sed fortis: ultima pinguis, & suavis. Igitur per secundam opera dicitur, & in ipsa caritas; sed non illa affectivus, que sine sapientia condita pinguis, ma-

magnam menti importat multitudinem dulcedinis Domini; sed quadam potius actualis, que est nondum dulci illo amore suaviter relict, amorem tamen ipsius amoris vehementer accendit.

XV. Eiusdem præcepti vim, & obligationem sule explicat D. Bernardus serm. xx. in Cantica. Dices, o Christiane, & Christo, quemadmodum diligas Christum. Dices amare dulciter, amare prædenter, amare fortiter: dulciter, ne inlecti prædenter, ne decepti; fortiter, ne oppressi ab amore Domini avertamur. Ne menti gloria, seu carnis voluptatibus abducaris, dulcescat tibi præ his sapientia Christus: ne secularis spiritus mendacis, & erroris, luceat tibi veritas: Christus: ne adversariis fatigeris, confortet te virtus Dei: Christus. Zelum tuum inflammer caritas, informet scientia, firmet constantia, sit fervidus, sit circumspexus, sit invictus. . . . Et vide non forte tria ista tibi & in lege tradita fuerint, dicente Deo: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Mihi videtur amor quidem cordis ad zelum primere affectionis; anime vero amor ad industriam, seu iudicium rationis; virtus autem dilectio ad animi posse referri constantiam, vel vigorem. Dilige ergo Dominum Deum tuo & pleno cordis affectu: dilige tota rationis vigilantia, & circumspicione: dilige & tota virtute, ut nec mori pro eius amore pertimescas, quoniam fortis est ut mors dilectio.

XVI. Est his que latius disceptata sunt, colligas velim nitidam præclaramque divini mandati cognitionem. Mandatum ergo illud speciale est, & peculiare, quod iubet per se actum amoris. Falsa promde recentiorum opinio, quo propugnabant, mandatum illud generale esse in aliis præceptis imbutum, solumque observantia sola, abique alio peculiari actu impleri. Ipsa verbi Diliges, quo conceptum mandatum est, actum, non habitum quandam interem, otiosumque prodit. Quare merito Augustinus Lib. III. de Doct. christ. cap. x. vocat caritatem motum animi ad fruendum Deo propter se ipsum, & se, atque proximo propter Deum. Id ipsum clarus exponit D. Thomas, ut vidimus supra, ubi ex eodem palam fecimus, non de habitu, sed de actibus præcepta dari. Quod Evangelicæ ipsi inane habitualis, inerteque amoris commentum reiecit, potissimum S. Ioannes Episc. I. c. 111. iubens ut non voce, non verborum sonitu, sed opere,

& veritate diligamus? Quæ aliorum præceptorum omnium exemplis confirmari veritas potest. Cum lex iubet aliena relinere, eleemosynas erogare, proximi errores corrigere, parentibus honorem exhibere, tributa Principibus pendere; namquid habitum tantum, secus actum ipsum, præcipit? Quod si cetera omnia præcepta actibus implentur; qua fronte primum omnium mandatorum, quod est universæ legis finis, solum præcipere intertem habitum edocent? Verum cum hodie tam erroneam defendere opinionem non audeant, non est quod nos fulius illam inlectemur. Satis ergo tibi subiciere anathema quo illam conficit summus Pontifex Alexander VIII. anno 1690. Bonitas obiectiva consistit in convenientia obiecti cum natura rationali; formalis vero in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc sufficit ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretative. Hinc homo non tenetur amare NEQUE IN PRINCIPIO, NEQUE IN DECURSU VITÆ SUE MORALIS.

CAPUT VI.

Qualitas amoris quem præceptum imponit. Distinguitur amor appetitivi, & intensivi a recentioribus Theologis in sensu minus recto accepta. Amor necessarius ad implendum præceptum, non solum appetitivus, sed & intensivus sit necessarius est.

I. SI recentiores quidam ipsum divinum mandatum de medio auferte pertentant, alii non pauci mandatum excipientes, eiusdem vim obligandi ita extenuarunt, ut in nihilum forme redegerint. Ut iam vidimus supra, P. Tamburinus Lib. II. cap. 1. num. 9. contendit, præceptum illud nullo tempore obligare, quod fit inderminatum. Nunquam præceptum aliquod (inquit) obligat, nisi sit determinatum: cum enim non possit ut indeterminatum extrinsece executionem, non censetur practice esse impletum. Propterea falsus probat, hoc mandatum non præcipere solum amoris, explicium, & per se, sed verba iustificacionis consequende causa. Illius verba supra cap. 11. dedimus. P. Antonius Simonius Tamburini Socius, postquam variis distinctivulis vim præcepti ad solam exteriori præceptorum observantiam relinquit, in exama vocat tempus quo Doctores catholici actum amoris præcipi docent. Diligendi Dei (inquit tract. 11. sect. 1. cap. 11.) præcepto homi-